

## Band VII., Nr. 2159, Seite 102-103

*Pfalzgraf Hugo von Tübingen und seine Brüder Otto und Ludwig verleihen mit Zustimmung ihres Oheims und Vormunds Grafen Rudolf von Tübingen sowie ihres Grossvaters Otto von Eberstein der Stadt Horb besondere Rechte.*

Kloster Reichenbach, 1270. Juni 22.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen. Nos Hugo dei gratia comes palatinus de Twingen, Otto et Ludewicus fratres notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos iustitie motu ob dilectionem etiam, quam nos ad incolas sive cives municipii sive ville districtus nostri Horwe habemus, considerata quoque honestate nostra seu posterorum nostrorum, accepta necnon ab eisdem incolis propter hoc certa summa pecunie et in liberationem sive redemptionem bonorum nostrorum, que felicis recordationis pater noster titulo pignoris obligaverat, et alias etiam in utilitatem nostram plene conversa, de consensu et auctoritate presentialiter hiis adveniente nobilis viri Rüdolfi comitis de Twingen patris nostri, in cuius tutela sive cura sumus legitima, de consilio etiam et consensu nobilis viri domini Ottonis de Eberstain avi nostri et aliorum consanguineorum nostrorum plurium et ministerialium sive consiliariorum nostrorum, volentes eosdem incolas sive cives plenioris pacis ac libertatis securitate perpetuo gaudere, salvis igitur aliis consuetis ac debitis pro quiete ac pace ipsorum iuribus ac libertatibus ipsis promisimus ac presentibus promittimus ad hec et alia infrascripta nos fideidatione nomine iuramenti prestita nec non iuramento a nobis Hugone corporaliter super hoc prestito, et heredes sive posteros nostros firmissime perpetuo obligantes, quod numquam ab ipsis incolis sive hominibus singulis aut universis – nisi quod a prima fundatione ipsius municipii ab ipsis exigendum institutum fuit, videlicet octoginta libras Twingensis monete, ita quod quadraginta in vere, reliquas autem quadraginta libras in autumpno singulis bonis salvis censibus et aliis redditibus molendinorum et thœlonei nec non hiis, que nobis per iudicium rite adjudicata fuerint – nos vel nostri heredes seu posteris quicquam aliquatenus exigamus vel exigi aut requiri per alios faciamus, cum etiam ab antiquo de iure non fuerint nec iam sint nec de cetero umquam esse debeant prefati homines vel ipsorum posteris nobis vel nostris posteris ad plus vel ad aliud obligati nisi forte sine qualibet coactione ex caritate ad plus se offerant et spontanea voluntate. Ad hec cum secundum ewangelicam veritatem omne regnum in se divisum desoletur<sup>1</sup>, ut homines

---

<sup>1</sup>Matth. 12, 25.

## II

loci prescripti Horwe sive ipse locus in omnibus plenioris libertatis fiducia frui perpetuo valeant et gaudere, cum et hoc divine credatur fore beneplacitum voluntati, volumus et presentibus prefatis nobilibus et aliis suprascriptis et nobis circa hec, sicut prescripsimus, rite cooperantibus ordinavimus et per presentes sepedictis hominibus sive posteris ipsorum concedimus ordinantes et statuentes, ut dictus locus sive villa Horwe cum continentibus edificiis necnon hominibus sive incolis ipsam villam sive continentia ipsi edificia inhabitantibus vel in posterum umquam inhabitaturis uni tantum ex nobis vel uni tantum etiam ex heredibus seu posteris nostris, qualitereumque alia bona nostra dividi contingat, integra ac indivisa omnino perpetuo permanens premissa iura exhibere tantummodo, sicut prescriptum est, teneatur et nulli alii in aliquo alio aliquo sit astricta. Ne autem contra ea, que prescripta sunt, quisquam nostrum vel heredum seu posterorum nostrorum quicquam aliqua machinatione umquam valeat attemptare, sed ut firma et illibata permaneant et persistent, in ipsorum omnium firmum robur et indubitatum testimonium presentes litteras venerabilis domini nostri E(berhardi) dei gratia Constantiensis episcopi et predictorum de Twingen et de Eberstain dominorum, Henrici de Vurstemberch, Alberhti et Burchardi de Hohemberch comitum, nostro quoque et militum de Ihelingen sigillis dictis hominibus de Horwe tradidimus communitas ipsis ipsorumque posteris perpetuo valituras. Rogavimus etiam, ut sigilla sua hiis appenderent, de quorum sigillis fecimus mentionem.

Actum in claustro Richembach, anno domini millesimo CCLXX., X. kalendas Julii. Nos Eber(hardus) dei gratia Constantiensis episcopus ad petitionem premissorum Hugonis comitis palatini de Twingen et fratrum suorum confitemur nos sigillum nostrum presentibus appendisse. Nos R(üdolfus) comes de Twingen et nos Otto dominus de Eberstain confitemur similiter nos sigillorum nostrorum appensione et alias etiam premissa presentialiter per omnia approbasse.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An weiß-grün-braunen Leinenschnüren hängen sieben Siegel: 1) Das spitzovale Siegel des Bischofs Eberhard von Konstanz, 65, 45 mm: Der im Amtsschmuck auf einem mit Hundsköpfen und Tatzen verzierten Stuhl sitzende Bischof mit dem Krummstab in der Rechten und einem aufgeschlagenen Buch in der Linken. Umschrift: + *Sigillum*. EBIRHARDI . DEI . GRatiA. conSTANTIENsis . ECCLesIE. EPiscopI. 2) Das runde Siegel des Pfalzgrafen Hugo von Tübingen, c. 47 mm, (III. B. 3): ein rechtsschreitender Reiter mit Topfhelm, in der Rechten einen Speer

### III

(wenigstens ist von einer Fahne nichts mehr zu erkennen), am linken Arm einen dreieckigen Schild mit dem pfalzgräflichen Wappen, der Kirchenfahne, Umschrift: + S . HV . . . . MITIS . FILII . PALA . DE . TVWING. 3) Das häufiger beschriebene Siegel des Grafen Otto von Eberstein. 4) Das runde Siegel des Grafen Heinrich von Fürstenberg, 50 mm: In einem geneigten, mit einem Rande von Kürsch eingefassten Schild ein Adler. 5) Das runde Siegel des Grafen Albert von Hohenberg. Das Siegelbild zeigt den Grafen auf einem galoppierenden Pferd, auf dem Topfhelm zwei Hörner, besteckt mit oben fächerartigen, unten gitterartig damaszierten Schirmbrettern, in der Rechten eine Lanze, in der Linken einen quergeteilten Schild vor sich haltend. Im Siegelfeld läng des Randes der Umschriftszeile ein besonderer, durch eine fortlaufende Reihe dreier Punkte gezielter Rand, vgl. eine Abb. einer solchen Helmzier bei OTTO VON ALBERTI: Württembergisches Adels- und Wapenbuch, 2 Bde., Stuttgart 1898-1916, S. 331 Nr. 1166. 6) Das runde Siegel des Grafen Burkhard von Hohenberg, c. 61 mm, (III. B. 3.): ein nach links galoppierender Reiter, am linken Arm einen dreieckigen Schild nach rückwärts angehängt, von der Umschrift: \* BVRC . . . . COMES DE HO . . . . BERC erhalten. 7) Das runde Siegel des Pfalzgrafen Rudolf von Tübingen, 49 mm, (III. B. 3.): der nach rechts galoppierende Pfalzgraf, in der Rechten eine nach rückwärts flatternde Fahne, am linken Arme einen dreieckigen Schild mit der sog. Kirchenfahne, zwischen den Füßen des Pferdes als sphragistisches Beizeichen eine Lilie, von der Umschrift: + S . RVD . . . . IT . PALAT . D . . . N erhalten. Das 8. Siegel des Ritters von Ihlingen fehlt.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

B 43 U 26

### Überlieferung und Textkritik:

Original und 2 Abschriften. Abschrift (16. Jh.): HStA Stuttgart H 14 Nr. 151, Bl. 48r-48v.

### Editionen:

LUDWIG SCHMID: Geschichte der Pfalzgrafen von Tübingen nach meist ungedruckten Quellen nebst Urkundenbuch. Ein Beitrag zur schwäbischen und deutschen Geschichte, 2 Bde., Tübingen 1853. , Bd. 2, S. 47 ff. (mit Siegelbeschreibung, unter Verwechslung der beiden Tübinger Siegel). ERNST HERMANN JOSEPH MÜNCH (HRSG.): Geschichte des Hauses und Landes Fürstenberg: aus Urkunden und besten Quellen, 4 Bde., Aachen und Leipzig 1829-47, 1, 228 (Auszug).

### Literatur:

Gerbert: Codex epistolaris Rudolphi I., S. 225. Regesten Bischöfe Konstanz, Nr. 2255.

## Weitere Angaben

### Ausstellungsort:

Kloster Reichenbach

### Ortsindex:

Fürstenberg Wohnplatz (13207)  
 Fürstenberg, Hüfingen, VS  
 Hohenberg Wüstung (26307)  
 Hohenberg, Schömberg, BL, W  
 Horb am Neckar Wohnplatz (7484)  
 Horb am Neckar, FDS  
 Ihlingen Wohnplatz (7486)  
 Ihlingen, Horb am Neckar, FDS

Klosterreichenbach Wohnplatz (7315)

Klosterreichenbach, Baiersbronn, FDS

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ